



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

| Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887) | |
|---|---|
| Roma | Autoría: Elisabet Seijo Ibañez |
| Alto Imperio | |
| Ámbito: virginidad | |
| <p>Fuente (en lengua original fuentes escritas: griega, latín):</p> <p>V. Quod si Christum continentia sequitur, et regno Dei virginitas destinatur, quid est illis cum terreno cultu et cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt, non cogitantes esse praedictum: <i>Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit illos</i> (Psal. LII, 6), et Paulum quoque gloriose et sublimiter praedicasse: <i>Si hominibus placere vellem, Christi servus non essem</i> (Gal. I, 10). Continentia vero et pudicitia non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore, ut, secundum Apostolum, quae inupta est sancta sit et corpore et spiritu. Instruit nos Paulus et docet dicens: <i>Coelebs cogitat ea quae sunt Domini, quomodo placeat Deo: qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quae sunt mundi hujus, quomodo placeat uxori. Sic et virgo et mulier inupta cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu</i> (I Cor. VII, 32-34). Virgo non esse tantum sed et intelligi debet et credi. Nemo cum virginem viderit, dubitet an virgo sit. Parem te integritas in omnibus praestet, nec bonum mentis corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quasi maritum aut habeat aut quaerat? Timeat potius placere, si virgo est, nec periculum sui appetat quae ad meliora et divina se servat. Quae virum non habent, cui placere se simulent, integrae et purae non tantum corpore sed etiam spiritu perseverent. Neque enim fas est virginem ad</p> | <p>Traducción: castellano, catalán, euskera, gallego (hay que indicar siempre traductor):</p> <p>5. Y si las vírgenes siguen a Cristo y están destinadas al reino de dios, ¿qué les va a ellas de las galas mundanas, de los atavíos con que ofenden a Dios, pretendiendo agradar a los hombres, sin pensar lo que ya está predicho. [...] La continencia y la castidad no consiste sólo en la integridad de la carne, sino también en la dignidad y recato del vestido y adorno, de modo que, a tenor del Apóstol, la que no es casada debe ser santa en cuerpo y alma. [...] No basta, además, que la virgen lo sea; es menester que la tengan y la consideren como tal, de modo que nadie, cuando viere a una virgen, dude de si lo es realmente. En todo aspecto debe presentarse con igual brillo su pureza, sin que el lujo del cuerpo empañe la virtud del espíritu. ¿Por qué va a ir ataviada y compuesta la virgen como si tuviera o buscara marido? Lejos de eso, tema causar agrado, si verdaderamente es virgen; y no tiene por qué arriesgar su virtud la que se reserva para cosas más altas y divinas. La que no tiene marido a quien ha de agradar exteriormente, debe perseverar casta y pura no sólo en el cuerpo, sino también en el espíritu. Y no es lícito a la virgen aliñarse para lucir su figura, ni pagarse a la hermosura de su cuerpo, puesto que no tiene otra lucha mayor que contra su carne, para someter y domar su cuerpo (p. 125-126).</p> <p>(Cipriano de Cartago, <i>Sobre el porte exterior de las vírgenes</i>, Introducción, versión y notas por</p> |



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

| | |
|---|---|
| <p>speciem formae suae comi aut de carne et de ejus pulchritudine 0445B gloriari, cum nulla sit illi magis quam adversus carnem colluctatio et vincendi corporis ac domandi obstinata certatio.</p> <p>(<i>Cyprian. Saint. S. Thasci Caecili Cypriani Opera omnia, Pars I (Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum, Volume 3.1).</i> Hartel, Wilhelm von, editor. Vienna: Gerold, 1868.)</p> | <p>Julio Campos, Biblioteca de Autores Cristianos 241, Madrid 1964, p. 121-141)</p> |
| <p>Actividad didáctica (si es el caso):</p> | |